



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Svscriptiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO
CHRISTI
675.

licitudinis voto, & cursum præsentis vitæ in pace transigere, & post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus peruenire, qualiter & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perueniat: vt quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat; ex hoc in regione viuorum regnans, cum Christo in sæcula sæculorum. Amen.

* S V B S C R I P T I O N E S.

Episcopi.

Ego Quiricus vrbs regia metropolitanus episcopus hæc gesta synodalia a nobis definita subscripsi.

Athanasius Setabitanæ ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Argemundus Oretanæ ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

* Biger-
rensis Ego Ioannes * Bigastrensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Ego Godiscalcus Oxomensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Ego Leander ecclesiæ Illicitanæ, qui & Elotanæ, episcopus similiter subscripsi.

Ego Felix ecclesiæ Dianiensis episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Suinterius ecclesiæ Valentianæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Palmatus ecclesiæ Vrcitanæ episcopus similiter subscripsi.

Ricilla ecclesiæ Accitanæ episcopus similiter subscripsi.

* Viarien-
sis Rogatus ecclesiæ * Beatientis episcopus subscripsi.

* Bastia-
naz Etherius ecclesiæ * Bastitanæ episcopus subscripsi.

Concordius ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Acisclus ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

* Segobriensis
Memorius ecclesiæ * Segobriensis episcopus subscripsi.

Egica ecclesiæ Seguntiensis episcopus subscripsi.

Gaudentius ecclesiæ Valerientis episcopus subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Libertus diaconus, agens vicem domini mei Sinduiti, ecclesiæ Segobriensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Egila Diaconus, agens vicem domini mei Mumuli, ecclesiæ Arcauicensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Abbates.

ANNO
CHRISTI
675.

Iulianus ecclesie monasterii sancti Michaelis abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Valderedus ecclesie monasterii sancte Leocadie abbas hæc gesta synodica a nobis edita consentiens subscripsi.

Gratindus ecclesie monasterii sanctorum Cosme & Damiani abbas hæc gesta synodica a nobis edita consentiens subscripsi.

Abfalio ecclesie monasterii sancte Crucis abbas hæc gesta synodica a nobis definita consentiens subscripsi.

Florentinus ecclesie monasterii sancte Eulalie abbas hæc gesta synodica a nobis definita consentiens subscripsi.

Auila ecclesie monasterii sancti Iuliani Agalienfis abbas hæc gesta synodica a nobis definita consentiens subscripsi.

Gudila ecclesie sancte Mariæ regie sedis archidiaconus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

NOTÆ GARSIE LOAISÆ.

Tempus &
acta Conci-
lii.

* *In nomine Domini.*] Toletanum Concilium vndecimū, habitum anno 4. Vyambani regis, septimo Idus Nouemb. est prouinciale, coactum sub * Agathone pōtifice maximo, in quo facta esse legitimam sedium episcopaliū diuisionem omnes Hispani historici tradunt, Rodericus, chron. generale, Tudensis, Vafæus, & alii. *Hæc Garsias.*

* Adeo-
dato. Bar-
ronius.

Adde. Baron. ann. 675. num. 4. & 5. fretus auctoritate Tudensis asserit, diuisionem sedium episcopaliū in Hispania factam esse, non in hoc Concilio, cui 18. tantum episcopi interfuerunt, sed in alio quodam Toletano generali Concilio, cui omnes episcopi Hispaniæ sub rege Vyamba interfuerunt. In re grauissima iudicium meum suspendo.

^b *Cum tandem nos.*] Iouerius in collectione Conciliorum amplius habet: *Cum tandem diuina clementia operis manuum suarum perditioni condolens, praua in directa reducens, suum sanctum Sabaoth nouis propaginibus ac plantis nouellis fecundare volens, negligentia subrogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia solertiam, pro schismate unitatem inducens, pro Lizania vere pacis vinculum largiens, pro caducis celestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stimulans, a terrenis & infimis ad sublimia erigens nos, in hac lacrymarum valle potius morientes, quam viuentes, in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clauo, huc illucque tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie, ubi nos circumstant mille discrimina, ubi versutissimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus, ex alto cali domicilio respiciens, &c.*

Confessio
fidei.

^c *Confitemur.*] Fidei confessio in Conciliis præponitur, statimque initio fieri solenne fuit, veluti totius Christianæ structuræ basis & & fundamentum, a quo omnis ædificatio crescit in templum Dei.

Rom. 1.

^d *Et predestinatus esse credendus est.*] In eo sensu quo dicitur a D. Paulo: *Qui predestinatus est Filius Dei, in virtute secundum Spiritum san-*